iuuẽtutis posita dapibꝰ et vino plena poteris esse de castitate se
cura. hec ille. Reprehensibiles itaqꝫ sunt vidue ille q̄ ocio vacãtes
comedũt et bibũt splẽdide dormiũt satis poliũt cutẽ et ornant̃ lꝫ
se vidualibꝰ induãt vestimẽtis. Secũda regula viduaꝝ dicit̃ cõ
uersatõis. Debẽt euitare quãtũ pñt ↄuersatiõeꝫ hoim nõ solũ se
cularium ꝫ sacerdotũ et religiosoꝝ ac quorũcũqꝫ q̄ spũalẽ vitã ꝓfi
tent̃ qm̃ reuera nichil tã viris ꝙ̃ mulieribus adeo est ꝑiculosum
sic crebra et freq̄ntata et̃ sub spẽ boni ↄuersatõ ꝯ collocutõ maxie
vbi etas cõsentit ad viciũ. hinc hiero. ad nepotianũ ait. Matrẽ
ita tu vide ne per illã videre cogaris quaꝝ vultꝰ ita cordi inhe
reant et tacitũ viuat sub pectore vulnꝰ. Et ioh. baptista scãm ma
trem habuit põtificisqꝫ filiꝰ erat et tñ nec matris affectu nec p̃ris
opibus vincebat̃ vt in domo parentũ cũ ꝑiculo viueret castitatis.
hec ille. Et. xxxij. di. c. hospitiolũ. Hospitiolũ tuũ aut raro aut nũ
ꝙ̃ mulieꝝ pedes terãt. q2 nõ pt̃ toto corde habitare cũ deo. q2 femi
narum accessibꝰ copulat̃. Si igit̃ ꝑiculosũ est viris volẽtibꝰ deo ser
uire cũ mulieribꝰ ↄuersari quãtomagis et mulieribꝰ ipsis q̄ debi
lioris sunt aĩmi inferiorisq3 nature. Debẽt em̃ vidue cauere om̃s
malas suspiciones. hinc hiero. ad saluinã. Caueto oẽs suspiciões
et q̄cq̄d rõnabilit̃ fingi pt̃ ne fingat̃ añ deuita. Dñt adhuc vidue
libent̃ inhitare domũ audireq3 hierom. d. ad eusto. Rarus tibi sit
egressus in publicũ m̃res tibi q̄rant̃ in cubiculo. Et nõ tm̃ viroꝝ
ꝫ matronaꝝ nõ frequẽtare domꝰ cũ hiero. dicat iteruꝫ ad eusto.
Nolo habeas ↄsortiũ matronaꝝ. nolo ad nobiliũ accedas domos. no
lo te frequẽter videri vt ↄtẽnas q8 esse noluisti. Cur facis iniuriaꝫ
viro tuo. Ad hoĩs ↄiugẽ dei sponsa q̄d ꝓperas. Disce in hac parte
sãctã supbiã. Scitote illᷣ eẽ meliorẽ. hꝫ ille. Tercia regla viduarũ
dꝫ deuotionis. dñt itaqꝫ eẽ deuote. timẽtes. diligẽtes. desiderãtes
et colentes deũ. Vñ et apl's. i. thi. v. ait. Si qua vidua filios aut
nepotes hꝫ discat ꝑmũ domũ suã regere et mutuã vicẽ reddẽ pa
rẽtibus. hoc em̃ acceptũ est corã deo. Que autẽ vere vidua est ꝯ
desolata speret in deũ et instet obsecrationibꝰ et orõnibꝰ die ac
nocte. huiõi viduis ↄpatit̃ deꝰ easq3 ↄsolat̃ tribuens in hꝫ seculo
suã grãm et in futuro sempiternã gloriã in q̄ viuit et regnat deꝰ
ꝑ infinita seculoꝝ secula amen.

¶ Feria sexta quarte ebdomade in q̄dragesima de diuinitate domi
nostri hiesu xp̄i q̄ lꝫ verus fuerit hõ fuit etiã verꝰ deꝰ eiusdẽ cuꝫ
patre et spũsãncto nature.

¶ Sermo. lij.

Ves xp̄s filius dei viui q̄ in hũc mundũ venisti. Scribũ
tur hec verba ioh. xi. c. et in euan. ho. deridet̃ tã a gẽti
libus ꝙ̃ a iudeis imaculata fides nostra qm̃ ꝑdicat ↄfite
tur et adorat xp̄m crucifixũ tanꝙ̃ verũ deum dñatorem
celi et terre. verumtñ veritas ista tã multiplr̃ est declarata vt am
plius merito negari nõ possit. Ad ↄfusionẽ tñ oim eorum q̄ ↄtrium

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-519/0359
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG